

August Varenius    Johann Friedrich Twitmeier

## **Exercitatio Sacra De Zemach Jehova : Ex cap. 4. Esaiae**

Rostochi[i]: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn738069973>

Druck    Freier  Zugang



Vert.: J. F. Trütemeier

A. Varenius / 6  
R. U. theol. 1646.





כ"ה  
EXERCITATIO SACRA  
De  
ZEMACH  
JEHOVA

Ex cap. 4. Esaiæ.

*Quam*

DIVINO FAVENTE NUMINE

ex

Prælectionibus publicis

*Clarissimi & Excellentissimi VIRI*  
M. AUGUSTI VARENI,

Ebr. Ling. Profest. Publ.

depromptam

*Eodem PRÆSIDE*

Publico doctorum examini submitto

HANNES FRIDERICUS TUITEMEIER

Habebitur in Auditorio majori ad diem 6.

Maij, horis matutinis.

---

ROSTOCHI,

*Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.*

ANNO M. DC. XLVI,

5


EXERCITATIO SACRA

Z E M A C H



Dr. M. A. C. H. V. R. E. S. S. I. I.

IN ANNO 1782



THESIS I.



Ediit, quæ DEI singularis est benignitas, tempus illud, quod religioſè venerari nos jubet glorioſiſſimam Jeſu Chriſti τῆ ἀνορθέντῃ υἱῆ Θεοῦ ἐν δυνάμει κατὰ πνεῦμα ἀγιωσύνης ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν ſuperexaltationem, & triumphum, cui circa præſens tempus Eccleſia, illa etiam quæ extra Europam eſt in India, America, ampliffima Aethyopia, & ſi quæ cluit alia ſub quatuor Orientis Patriachalibus ſedibus ipſoꝫ; dominatu Turcico, verbo *Catholica*, locorum licet intervallis & ſententiis diſjuncta: pietatis tamen affectu nobiſcum conjuncta, & merito, applaudit. Quin idem jam ante in Veteri Teſtamento & ſpiritu & exemplo ſuo præſtiterunt Prophetæ οἱ ἐρευνῶντες εἰς τίνα ἢ πόσον καιρὸν ἐδήλασεν τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα χειρῶν, περιεργαζόμενον καὶ εἰς χειρὸν παιθῆματα καὶ τὰς μετὰ ταῦτα δόξας, & qui illorum veſtigia legunt in Novo Teſtamento Apoſtoli.

§. 2. Eſaias profundiffimæ exinanitioni ſublimem exaltationis gradum opponit, & triplicatis exaltationis vocibus (וַיִּשָׁבַח אֱלֹהֵינוּ וַיִּשְׁתַּבַּח עַד וְעַד וְעַד) Er wird über alle maſſen hoch / herlich / vnd erhaben ſeyn) illam quam Apoſtulus meminit ὑπερύψωσιν, & ἀνάβασιν ὑπεράνω πάντων τῶν ἑρηνῶν, exprimit cap: 52. Davides autem altius egreſſus de glorioſa Meſſiæ ad dexteram Patris exaltatione, regni & ſacerdotii ſpiritualis adminiſtratione, ſpiritualium filiorum multiplicatione, ipſorumꝫ; ſubditorum erga Re-

gem affectione magnificentius etiam differit in Pf. 110.  
Proindè idem nos facere jubent illorum exempla, & to-  
tius orbis Christiani gaudia: et jam, nec plura morati  
publico Examine sistimus il lustre quod est in capite quar-  
to Eximii Prophetarum Esaia de *Zemach Jehova* vaticini-  
um. Dignum hoc tempore argumentum, nostraq; me-  
ditatione studium. (Adsit conatibus sanctus Israelis!)

§. 3. Prædicat enim in hoc capite Prophetas נשיאות  
המשיח vel gloriosam messia apud veros Israelitas exalta-  
tionem 2. קדוש פליטת ישראל vel reliquiarum Israelis san-  
ctificationem; 3. שכינה ציון i. e. gloriosam Messia in  
Novi Testamenti Ecclesiâ præsentiam ejusq; guberna-  
tionem.

§. 4. ביום ההוא נשיאות המשיח describitur in vers. 1. יהיה צמח יהוה לצבי ולכבוד ופרי הארץ לגאון ולהפארה  
יהיה צמח יהוה לצבי ולכבוד ופרי הארץ לגאון ולהפארה  
: ביום ההוא תפליטת ישראל :  
intelliguntur Probamus igitur expositionem eximii  
Rabbinorum Kimchii qui voces has ita exponit :  
צמח יהוה לצבי ולכבוד הגואל sur Zeit des zukünftigen  
Heils/ wenn der Herr Messias kommen wird : videatur  
is etiam in expositione cap. 2. v. 20.

§. 5. Propositio versus gemina est : prima צמח יהוה יהיה  
פרי הארץ יהיה לגאון ולהפארה, לצבי ולכבוד  
/ כה במש per omnia ישראל. Nec admittimus hic

§. 6. Subjectum est צמח יהוה פרי הארץ quo  
utroq; nomine hoc in loco designatur promissus mun-  
di Messias.

§. 7. Vox צמח quater cum pronomine eoq; solo foe-  
minino tertiæ personæ conjuncta Pf. scilicet 65. v. 11  
Es. 61. v. 11. Ezech. 17. v. 9. & 10. octies sine affixo pro-  
nomine reperitur, & quidem Gen. 19. v. 25. ubi est צמח  
Ezech. 16. v. 7. ubi est צמח השדה Hof. 8. v. 7  
signi-

significatio illi inest ein(אִשְׁכַּחְתֶּם / anmutiges) Zweigelein  
 oder Gewechs. In cæteris quinq; locis certo individuo  
 & quidem soli promisso mundi Messia appropriatur.  
 Quin in vetusta Judæorum Scholâ de solo Messia in lo-  
 cis illis nomen hoc expositum testatur vetustus Para-  
 phrastra Chaldæus. Jer. 23. v. 5. illustris est promissio de  
 צמח צדיק Davidi fuscitando. Quid hic Chaldæus? voces  
 sc. צמח צדיק de promisso mundi Messia interpretatur,  
 ita reddens voces illas: הָא יוֹמָא אַתָּא אֲמַר יְיָ וְאִקְוִים לְדוֹד  
 : Eadem ratio loci Jer. 33. v. 15. ubi voces  
 אִקְוִים לְדוֹד אֲצַמִּיחַ לְדוֹד צמח צדקא  
 Zachariæ 3, v. 8. *Ecce ego, inquit Deus, ad-*  
*ducturus sum servum meum* צמח, Chaldeus אָנָּה מִתְּחִילָה  
 אֲבִיר מְשִׁיחָא וְיִתְגַּלִּי *Ecce ego adducturus sum servum meum*  
*Messiam qui manifestabitur, sic cap. 6. v. 12. הִנֵּה אִישׁ צֶמַח*  
 Ratio statim additur וּמִתְחַתֵּיב יִצְמַח שְׁמוֹ  
 paraphrastra chaldæus: הָא גְבֵרָא מְשִׁיחָא שְׁמוֹ עֲתִיד דִּיתְגַּלִּי וּג'.

§. 8. Laudamus omninò & magnificimus tam an-  
 tiqui, quò post Mosen & Prophetas nihil antiquius &  
 venerabilius habent nostri Judæi, Paraphrastræ con-  
 stantiam, & expositionem Christianam, quæ ipsa satis  
 arguit hodiernæ Judaicæ Synagogæ ab illa quæ Jona-  
 thanis tempore fuit, apostasiam. Pleraq; enim quæ de  
 Messia explicari debent, de illo ipso explicat prophe-  
 tarum varicinia & præterea ipsius veræ Divinitati, in-  
 carnationi, officio luculenta satis testimonia præbet.

§. 9. Eadem ratio hujus loci & per יְהוּדָה non ni-  
 si admirabile illud germen, Messias sc ex virgine natus  
 intelligitur, quod præterea confirmant prædicata de illo  
 צמח יהוה & comprobant Paraphrastræ Chaldæi & vete-  
 rum Hebræorum testimonia:

§. 10. Ita enim expresse Paraphrastra Chaldæus hoc



membrum: *הוא יהי משוח דדי ליהוה וליוקר* in  
*tempore illo erit Christus Domini in gaudium & gloriam.*  
 Sic Kimchi: *expositio*, inquit. *vocum יהוה צמח est Mes-*  
*σίας Filius Davidis sicut dictum est (Jer. 33 v. 15.) excitabo*  
*Davidi germen justum.* Optimè uterq; Dicit autem  
 Mesiam צמח propter ἐνοσίχλωσιν καὶ ταπεινώσιν seu incarna-  
 tionem & exinanitionem, (weil er in seiner tieffen ernied-  
 drigung einem geringschätzigem verachtetem Zweygelein  
 gleich gewesen) צמח יהוה autem propter illum superna-  
 turalē ἐπισημασμὸν τῆς δυνάμεως καὶ ἐπέλευσιν πνεύματος  
 ἁγίου qua scilicet spir. s. conceptionis fuit causai δημιουργική  
 quantum ad ἄμεσον ἐνέργειαν 2. ἀγαστική quoad θαυμασίων  
 ἀγασμὸν. 3. τελειωτική quoad ἀρρητὸν ἔνωσιν & quæ sunt alia,  
 ulterius explicanda aliis cedimus.

§. II. Esaiæ 28. v. 5. locus est illustris, cujus propter i-  
 pfius rei quin & structuræ, vocum dispositionis & accen-  
 tuationis cum nostro hoc loco analogiam, grata est col-  
 latio, occasionem nobis præbente Chaldæo Jonathane  
 ביום ההוא יהיה יהוה צבאות לעטרת צביו ולצפירת תפארת  
 : לשאר עמו in die illo erit Dominus Exercituum in coronam  
 decoris & in Cidarum gloria residuo populi sui. Chaldæus Pa-  
 raphrasta quod de Domino Exercituum dicit Propheta,  
 interpretatur de promisso mundi Messia ita reddens בער  
 ההוא יהי משוח דדי ליהוה וליוקר לכלי לארהור ולכתר דתושבתא  
 : לשאר דעמיה i. e. in tempore illo erit Christus Domini Ex-  
 ercituuum in coronam gaudii &c. Unde duo contra Judæos  
 concludimus. 1. Veteres Judæos veram Messia Di-  
 vinitatem credidisse, etenim: ille qui futurus erat in co-  
 ronam gaudii &c. est Iehova Exercituum, ille qui futu-  
 rus erat in coronam gaudii &c. est Promissus mundi  
 Messias E. Major est Prophetæ, Minor Paraphrastæ.  
 2. יהוה צמח cujus in cap. 4. Esaiæ mentio, esse Domi-  
 num

num Exercituum adeoq; illum esse צמח ימות in Geniti-  
vo & Nominativo casu: de uno enim Messia utrumq;  
vaticinium exponit Jonathan,

§. 12. פרי הארץ excellentissimum notat Palæstinæ  
fructum Docet id 1. Articulus ה specificans ארץ ישראל  
2. quod פרי הארץ in totâ scripturâ non nisi de singu-  
laribus & excellentibus palæstinæ s; terræ Canaan fructi-  
bus prædicetur. Hic igitur excellentissimus & nobi-  
lissimus Palæstinæ fructus, Messias scilicet, rectè intel-  
ligitur, cùjus typus fuit nobilis ille palæstinæ fructus,  
præprimis palmes ille generosus, & אשכול ענבים in il-  
lâ ipsâ terrâ decerptus, baculo alligatus, & ab explora-  
toribus in castra Israelitarum relatus, de quo solo præ-  
ter hunc locum dicitur in scriptura veteris Testamenti:  
videatur Num. 13. v. 20. & 24. Deut. 1. v. 25. Recedimus  
igitur hic à Chaldæo qui reddidit per: עברי אריותא seu  
*exercentes legem.* Probamus autem ex positionem Kim-  
chii, qui, *fructus, inquit, terra illius dicitur similiter de pro-*  
*misso Messia, qui in nativitate sua similis erit pulcherrimo ger-*  
*mini, quod non sine singulari prolubio potest aspici, postea autem,*  
*quando jam perfectus erit fructus terra illius, & quando facies*  
*opera magna, magis etiam letabuntur de illo.* Quanquam  
cum ille ipse Rabbinus ad futurum demum Messiam &  
corporalem Judæorum liberationem detorqueat tam  
illustria Prophetæ verba, non possit non in applicatio-  
ne graviter errare: hinc illa mentio belli Messie cum  
Gog & Magog.

§. 13. In לפלישת ישראל part. ל non est nota Accusat.  
ut in לצבי ולכבוד sed Dativi. Quæstio talis est: Qui-  
bus Messias futurus sit לצבי? Respondet: non quidem  
promiscuè toti Genti Judaicæ, sed לפלישת ישראל evasio-  
ni Israëlitis, veris Israelitis. Errant igitur qui ita inter-  
pre-

pretantur: Messias erit in liberationem Israelis, i. ei liberator Israelis. Quæ expositio planè contraria est & vocum dispositioni, & neutrali vocis פלטפ significationi conferatur Gen. 32. v. 8. cap. 48. 7. Nunc cum sit status Regiminis præcedente ל & par positus, qui Elaiæ cap. 10. v. 20. c. item, 15. v. 14. c. 37. v. 31. necessariò reddendum: *evafioni vel reliquiis Israelis* nunquam enim in regimine aliter accipitur. Verbum פלטפ semel tantum reperitur in Kal Ezech. scilicet 7. v. 16. significatio illi evadendi vel effugiendi, item in einem Treffen entrinnen dem nachjagendem Feinde entkommen. In Pihel evadere fecit vel liberavit, vid. Pl. 18. v. 49.

§. 14. פלטפ ישראל sunt veri Israelitæ, welche auf dem grossen Zahl der verworffenen vnd verdampften Juden sich zum Reich des Herren Messia bekehren; vñ also der ewigen Verdammnis/dem Satan vñ seinem Reich gleichsam entronnen: quos ארית יעקוב item אר שוב in veteri: *τίνα τῆς ἐπαγγελίας, λείμα καὶ ἐκλογὴν χάριτος* item ipsam ἐκλογὴν in Novo Testamento vocat Spiritus Sanctus.

§. 15. Quæ in versum hujus vaticinii primum diximus in hac germanica metaphrasi & paraphrasi contrahimus: zu eben derselben Zeit (zur zeit des Heils oder in den letzten zeiten) wird das Zweiglein des HErrn (der HErr Messias welcher / ob er gleich in seiner Menschwerdung vnd tieffesten Erniedrigung einem verachtetem Zweiglein wird gleich seyn vnd gehalten werden / dennoch wegen der übernatürlichen überschattung der Krafft des Allerhöchsten vnd wegen der in ihm wohnenden ganzen fülle der Gottheit/ ein Zweiglein des HErrn / ja der HErr selbst sein wird) Lieblich vnd Herrlich/ vnd die (Edele) Frucht desselben (gelobten) Landes hoch vnd zierlich sein bey den übrigen in Israel (bey denē wahren zu des Messia Reich bekehreten Israeliten)

§ 16.

§. 16. Ptoꝛul à genuino hujus vaticinii sensu abest  
 interpres Græcus, ita reddens: ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμ-  
 ψει ὁ θεὸς ἐν βαβυλῶν μείλῃ δοξῆς ἐπὶ τῆς γῆς τῶν ὑψώσεων καὶ δοξάσει τὸ κα-  
 ταλειφθεὶν τῶν ἰσραήλ, quid enim nomini מַבְּצָא cum verbo  
 ἐπιλάμψει? Quid nomini צָרָא cum ἐν βαβυλῶν? Quid no-  
 mini וּפְרָא cum præpositione ἐπὶ, nisi fortè vitium scri-  
 ptoris fuerit in codice manu scripto Hebr. posita litera  
 ב̄ pro ר in voce וּפְרָא & ל̄ pro ו, quo præsupposito nec ad-  
 hibito codice punctato, facilis fuit in voce hac error in-  
 terpretis, quem absitit septuaginta illis tam celebribus  
 scripturæ interpretibus adscribamus, quorum majo-  
 rem industriam demonstrat Græca translatio legis  
 Hieronimus jam suo tempore de *LXX* si quis, inquit, vobis  
 septuaginta opposuerit interpretes, quorum exemplaria varietas  
 ipsa lacerata & eversa demonstrat, nec potest utiq̄, verum afferi  
 quod diversum est, mittite eum ad Evangelia, in quibus multa  
 ponuntur quasi de veteri Testamento, qua apud septuaginta in-  
 terpres non habentur &c. Idem alibi: si septuaginta interpre-  
 tum pura, & ut ab eis in Græcum versa est editio permaneret,  
 superflue me impelleres, ut Hebræa tibi volumina Latino sermone  
 transferrem. Nunc autem cum pro varietate Regionum diver-  
 sa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq̄, translatio  
 sit corrupta atq̄, vitiosa &c.

§. 17. Et sunt sanè in illa, quæ est in Prophetas, inter-  
 pretatione Græca, plurima tam absurda, intentioni Spi-  
 ritus Sancti contraria, & non rarè ridicula, ut fatius  
 sit illam camerinam non movere, quam in illis cum au-  
 thentico Prophetarum codice conciliandis operâ con-  
 sumere, & errori manifesto patrocinium præbere: sic  
 Esaie 9. v. 1. de densissimis generis humani tenebris  
 dicitur: Es werde in dem hochgeengstigten Lande nicht eto  
 wa eine solche Finsterniß vnd trübsahl sein/ wie zu vorigen  
 B. Zeiten

Zeiten im Jüdischen Lande gewesen wahr / sondern eine viel  
 grössere / erschrecklichere Angst vnd Finsternis / in welcher  
 gleichwol der HErr Messias / das grosse Licht / auffgehen  
 sollte etc. Interpres Græcus reddidit: τὰτο πρῶτον μεχὺ με  
 μεχὺ μίει i. e. hoc tu celeriter bibe, celeriter fac. Sunt talia  
 innumera, quæ producere, nunc non est nostri in-  
 stituti;

§. 18. פליטה ושראל התקדשות פליטה ושראל vel reliquiarum Israelis  
 sanctificatio prædicitur in v. 2. & formaliter describitur  
 v. 3. Propositio v. 2. hæc est. הנשאר בציון והגוֹר  
 בירושלים כל הכתוב להיים בירושלים קדוש ואמר לו  
 i. e. qui residuus fuerit in Zion & relictus in Jersusalaim,  
 immò omnis ad vitas inscriptus in Jersusalaim, sanctus dicetur  
 illi.

§. 19. Subjectum Propositionis determinant Duces  
 Rhebia, Sakephkaton, & determinator versus, Silluck;  
 Continentur enim illud in duobus prioribus membri pri-  
 oris incisus. Prædicatum inciso membri prioris ulti-  
 mo, quod determinat Atnach. Ad priora duo incisa re-  
 ctè monet אע quod in illis sit מ"ש ע"א idem enim notat  
 בציון הנשאר בירושלים quod in illis sit מ"ש ע"א idem enim notat  
 פליטה ושראל seu evasione vel reliquias Israelis, quibus solis:  
 non verò omnibus promiscuè Judæis, sicut in versu  
 priori, Messiaë gloriosa Exaltatio: ita hic interna san-  
 ctificatio promittitur. Docet illum respectum articu-  
 lus ה: Eben dieselbe wahre Israeliten / bey welchen der  
 HErr Messias wird hoch vnd herlich seyn / werden heil-  
 lig vñ von den anderen verworffenē vngläubigen Juden ab-  
 gesondert seyn: Equidem Messias ex intentione Dei  
 positus erat toti Genti Iudaicæ εις ανάστασιν: & debebat  
 illis omnibus esse למקדש: at idem plurimis אֵיטאֵי εις πτῶ-  
 תוּ לאבן נגף ולצור מכשול לשני בתו ושראל Esa. 8. illis  
 sci

scilicet ὅι περισκόπτουσι, τῷ λόγῳ ἀπιθανῆς, εἰς ὃ καὶ ἐπέθησαν  
1. pet. 2. v. 8.

§. 20. Nec verò solæ Israelitarum vel judæorum reliquæ, sed omnes quotquot inscriptæ sunt ad vitas in Jeruschalaim, erunt ἡγιασμένοι ἐν χειρῶι ἰησοῦ id vult membrū posterius, quod generalius est incisis prioribus, universam illam ex Judæis & Gentibus Electorum, quotquot sunt πεσορισμένοι πρὸ καταβολῆς κόσμου εἰς ζωὴν αἰώνιον, & in tempore ad Ecclesiam N. Testam. conversi multitudinem notans, maximè verò ex Gentibus ad regnum Messiaë conversos, & in unum Ecclesiae N. T. corpus cum reliquiis Israelitarum insertos. Qua membrum posterius, probamus expositionem Chaldaicam vocum כל רכתיב הכתוב לחיים quod exprimit interpretes per כל רכתיב לחיים לחיים omnis qui inscriptus fuerit ad vitas æternitatis vel vitam æternam. Sic Kimchi de inscriptione in librum vitæ æternæ, sed & Rabbi Jarchi, qui ita παραφράζει כל רכתיב לחיים העולם הבא שחם צדיקים לחיים לחיים i. e. dicere vult textus: omnes inscriptos ad vitam seculi futuri, qui soli sunt justi, licet etiam jam ante mortui corporaliter, vivunt tamen in Jeruschalaim. Et sic etiam interpretatur Chaldæus Jonathan.

§. 21. Ubi obiter id notamus, quod in paraphrasibus Chaldaicis frequentissima sit mortis secundæ מותא הנינא & seculi futuri, memoria. In capite Esa. 33. Paraphrasta Chaldæus describit infernum vel גהנום per יקרות עולם לאתדנא לחיתמסרא רשיעיא ibi domicilium ponit illorum מותא הנינא רי ימותון qui moriuntur morte secunda. Quod quid aliud est, quam quod D. Joannes in Apocalypsi sua c. 21. dicit: τῶν ἀπίστοις καὶ ἁμαρτωλοῖς καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ πᾶσι τοῖς ψεύδεσι Ἰδὲ μέγα αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ κρημνῇ πυρὶ καὶ θείῳ ὃ ἐστὶν ὁ θάνατος ὁ δευ-

δεύτης. Sic Ela. 22. v. 14 ubi DEUS cyclopicam Ju-  
 dæorum securitatem, & impietatem detestatur, es ist in  
 meinen (des Herren Gebodts) ohren offenbahr worden /  
 es sol euch diese überaus grosse Missethat nimmermehr vero-  
 geben werden: Non remittetur vobis hæc ipsa iniquitas,  
 usq; dum moriamini. Paraphrasta Chaldæus: decre-  
 tum est à facie Domini Exercituum אִם יִשְׁתַּבֵּךְ  
 חַיְבָא הָרִין לְכֹן עַד רִי תִמּוֹתֶן מוֹתָא הַנִּינָא  
 i.e. non dimitte-  
 tur vobis hæc ipsa iniquitas, usq; dum moriamini morte  
 secundâ. Sic quod in suprema duodecim Tribuū benedi-  
 ctione dicit: Mosche Vivat Ruben, & nō moriatur Chal-  
 dæus exponit: וְחַיִּירֵאִיבֵן בְּחַיִּי עַל־מָוֹתָא תְּנִינָא לֹא יָמוּת  
 Vivat Ruben in vitâ aternâ, & non moriatur morte secunda:  
 pulchrè illud אִל יִמּוֹת Non moriatur explicat per מוֹתָא  
 תְּנִינָא mortem secundam, quomodo etiâ plurima explican-  
 da sunt scripturæ N. T. dicta, ut illud quando Iohs  
 8. v. 51. Salvator de homine credente dicit: ἔμῃ θανάτου  
 θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα. Hoc saltem notari volumus phrasin  
 illam τῆς θανάτου τῆς δευτέρας seu Mortis secunda, ut & illas,  
 quâ Filium DEI λόγον item δύναμιν vocant Novi Test:  
 scriptores, in vetusta Judæorum Synagogâ usitatas, &  
 inde in N. Testamenti scripturam fuisse translatas. De  
 Resurrectione præterea mortuorum quam חַיְהִי מוֹתָא  
 item תְּקוּמָה vocant, satis egregiè παραφράσει hic ipse Jo-  
 nathan in v. 19. c. 26. Esaiæ: יְחִיו מִתּוֹךְ נִכְלֵתִי יִקּוּמוּ  
 אֵת הוּא מַחְיֵה מֵתוֹי גְרָמִי  
 נִבְלֵתְהוֹן אֵת מִקְוִי יְחִיו וַיִּשְׁבְּחוּן קִדְמָךְ כִּלְרֵתוֹ רִמּוֹ בַּעֲפְרָא  
 i.e. Tu, ó DEUS es qui vivificas mortuos, & ossa cadave-  
 rum eorum tu suscitabis. Vivent & laudabunt coram te, omnes  
 qui jacent in pulvere, impios autem trades in gehennam &c.  
 Sic. c. 42. ii. מוֹתָא יִפְקוּן מִבְּתֵי עַלְמֵיחַוּן Mortui inquit,  
 egredientur de domo seculi sui &c. Licet nimis in hoc ipso  
 loco

loco discedat à textus Hebraici sensu literali. Sed resurrectionem mortuorum non possunt non Judæi credere. Ita n. in Mischna מסכת סנהדרין c. 10. חלק legitur: כל ישראל יש להם חלק לעולם הבא שנאמר ועמך כלם צדיקים ואלו שאין להם חלק לעה האומר אין תחיית המתים ואין התורה מן השמים ואפיקורוס עקיבא אומר אף הקורא בספרים החיצונים והלחש על המכה אף החוגג את השם באותיו i. e. *Omnis Israel, est ei pars in seculo venturo, Scriptum est enim: Et populus tuus omnes illi justi* (Esa. 60: 21.) *ceterum hisunt quibus non pars est in futuro seculo, 1. negans resurrectionem mortuorum 2. negans Legem esse celestem 3. legens in libris prohibitis ut Christianorum. 4. Mussitans super vulnusi 5. pronuncians nomen DEI gloriosum per suas consonantes.*

§. 22. Prædicatum est לו קדוש יאמר לו Sanctus dicitur illi i. e. ille. Chald. קדוש יתאמר ליה optimè: לו non respicit יי צמה: sed והכתוב illis reliquiis, veris Israelitis ad Messiaë regnum conversis, & apud quos gloriosus erit, dicitur קדוש, vel illi dicentur sancti. Docet illum particulæ לו respectum 1. legitima & analoga pronominis expressio licet nomine præcedente repetitio 2. ipsa vocum dispositio, & 3. cum locis paris positus collatio. Sic עיר הצדק יקרא לך Decetur tibi urbs justitiæ i. e. Tu ò Jerusalem diceris urbs justa Esa. 1: 26. Sic עיר ההרס יאמר לאוחח Heliopolis dicitur uni i. e. una Sic Ef. 6: v. 6. משרתי אלהים מינשרתי יאמר לכו Ministri Dei dicitur vobis i. e. vos dicemini, & quadruplex exemplum in uno v. c. 62. Esa. v. 4. Igitur cum hic eadem sit vocum dispositio & constructio, similis quoq; est interpretatio. Respicit autem hæc prophetia primariò infantiam Ecclesiæ N. Testamenti quando aquarum instar ad illam confluebant Gentes & Judæi, (de quo confluxu vid. Ef. 2. c. 60. & Mich. 4. Psal. 110.) in eaq; libro vitæ inscribebantur, & sancti e-



rant & dicebantur, quæ causa est, quod Apostolus scribens ad illas Gentium & Judæorum reliquias, in omnibus Epistolarum inscriptionibus hujus sanctificationis memoriam faciat. Sic Romanos κλητοὺς ἁγίους ἀποστολοῦς Ἰησοῦ, sic Corinthios ἡγιασμένους ἐν χριστῷ ἰησοῦ &c. vocat in exordio epistolarum Apostolus.

§. 23. Quare Propheta meminit Zion & Jeruschalaim? Kimchi meminit, inquit, *Propheta Zion & Jeruschalaim* לשיא ראש מלכות ישׂראו ליוששם תהיה מלחמת ומגור ומגור i. e. eò quod illa fuerit caput Regni *Israëliarum*, vel quoniam ibi futurum est bellum *Messie cum Gog & Magog. Nuga*. Veram rationem proponit ipse Propheta in cap. 2. ubi rationem reddit quare ad montem Domini tanta Gentium multitudo sit properatura his verbis: כי מציון תצא תורה ודבר יהוה מירושלם i. e. *Nam ex Zion egredietur Doctrina (Messiæ) & verbum Domini ex Jeruschalaim*, Vid. Psal. 2. & Psal. 110. Ubi Davides Messie Domino suo ad dextram Patris jam exaltato gratulaturus: מטה עזך ישלח יהוה מציון רדה בקרב איביך i. e. *Virgam virtutis tue* (velut Chaldeus חוטרתא דאישנך) optime autem Lutherus *der Scepter deines Reiches*) *misset Dominus ex Zion dominare in medio inimicorum tuorum*. Ubi per מטה עזך veteres Hebrei recti intelligunt חולפן ודדה s. doctrinam novam vel doctrinam Evangelij, quæ est δυναμις Θεοῦ (עז יהוה Mich. 5. 3.) εἰς σωτηρίαν παντὶ τῷ πιστεύοντι.

§. 24. Paraphrasin Chaldaicam quod de spirituali sanctitate, de veris Israelitis ipsaq; vitæ æternæ versum hunc interpretatur, laudamus. Quamquam quod vocem מציון interpretetur per יהובל i. e. *in membro autem posteriori vocem eandem per ברושלים, & contra accentuationem*

tionem conjungentem voces disjungat, ex vocibus syncategorematicis subjecti, integra predicata constituat, adeoq; tres propositiones, quas excludit accurata resolutio, introducat, mimimè probemus.

§. 25. Ea Ecclesiæ sanctificatio quando & quomodo sit futura, docet versus 3. אִם רָחַץ אֶרְנִי אַתְּ צֹאת בְּנוֹת צִיּוֹן וְאַתְּ דְּמֵי יְרוּשָׁלַם וְדִיחַ מִקֶּרְבָּהּ בְּרוּחַ מְשַׁפֵּט וּבְרוּחַ בְּעֵר  
כִּתִּי יִהְיֶה זֶה הַקְּדוֹשׁ  
Respondet Propheta: כִּשִׁירְחֹץ ה' אַתְּ צֹאת בְּנוֹת צִיּוֹן  
der Herr wird ab gewaschen haben etc. Quomodo vero fiet?  
Respondet Propheta: וְרָחַץ אֶרְנִי וְדִיחַ &c. ut ita sanctificatio illa formaliter hic describatur per רְחִיצָה & הֲרָחָה vel interioris immunditiei & sordium ablutionem, & peccatorum sublationem, quæ utraq; fieri debeat בְּרוּחַ מְשַׁפֵּט וּבְרוּחַ בְּעֵר.

§. 26. Particula אִם dicit רָחַץ hoc loco est אִם משַׁפֵּט Kimchi reddendum esse dicit: Quando, cum, wenn/adducens tria loca Gen. 38. v. 9. Num. 36. v. 4. Lev. 2. v. 14. Uterq; recte: sicut & id, quod dicit: פִּירוּשׁ / הפסוק לענין הנזכר למעלה קרושׁ / i.e. *Expositio hujus versus respicit argumentum versus prioris, & describit illam sanctitatem.* רָחַץ idem est quod יִרְחֹץ cujus modi (חֲסוּרָה) (עֵבֶר בְּמִקְוֵי עֵתֵר) tot sunt in prophetis exempla, quot capita. Reddēdū autem illud אִם רָחַץ cum abluerit vel laverit: illa ipsa enim רְחִיצָה vel ablutio ponitur causa קְרִישָׁה vel sanctitatis internæ, verbo, daß die Kirche vnd Necht gläubige Christen Heilig seyn/ kompt daher / weil sie durch das Badt der Wiedergeburt von ihrer innerlichen Unreinigkeit abgewaschen vnd gereiniget worden. Sic etiam probamus expositionem Kimchij literalem quæ voces צִיּוֹן בְּנוֹת צִיּוֹן ad quas ita commentatur הֲלֹ כֹל הַטְּנוּף וְהַצֹּאֵה שֶׁהוּא דֶרֶךְ מִשַׁל לַמַּעֲשִׂים הָרְעוּם שֶׁבְצִיּוֹנוֹ כֹּה מִשַׁל  
i. e.

i. e. vocibus illis notantur sordes peccata & immundities interna  
zionis, & eadem ratio vocum רמי ירושלם Sic Chaldaeus  
per תגאלה בנתציון & per רמי רמי non ineptè vo-  
ces illas exprimit.

§. 27. Vox רמי non est à נמי in Hiph. רמי &  
fut. רמי sed à ראד, רמי quæ non nisi in Hiphil reperitur  
semel in præter. Jerem. 51. 34. ter in Fut. Ezech. 40. 38. 2.  
Paral. 4. v. 6. significationem habet eluendi, per elu-  
itionem dispellendi. Quæ hic de illa interna ecclesiæ  
sanctificatione dicuntur, egregiè explicat Apostolus  
in epist. ad Eph. c. 5. v. 25. ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν τὴν ἐκκλησί-  
αν, ἣ ἑαυτὸν παρέδωκεν ὑπὲρ αὐτῆς ἵνα αὐτὴν ἀγιάσῃ, καθαρῶς  
τῷ ὕδατι τῆς ῥήματος ἵνα παραστήσῃ αὐτὴν ἑαυτῷ ἑνδοξον  
τῆν ἐκκλησίαν μὴ ἔχουσαν σπιλον ἢ ρυτίδα ἢ τι τῶν τοιούτων ἀλλ'  
ἵνα ἡ ἀγία καὶ ἀμωμὴ cum quo conferantur quæ de βαπτισ-  
μῶ ἀμαρτησίων χριστῷ dicuntur 1. Peti 1. v. 16.

§. 28. Modum illius רמי & רמי adeoq; ipsius  
sanctificationis describit in membro posteriori versus. 3.  
Fore autem dicit illam 1. רמי i. e. Spiritu iudicii  
2. רמי i. e. Spiritu tollendi, ὡς διὰ πυρὸς, succen-  
dendi &c. quæ voces tum ex genuina, & indubitata  
significatione & intentionis hujus Prophetiæ analogia  
expositionem fundamentalem requirunt. Igitur רמי  
רמי notat seriam poenitentiam in toto terrarum or-  
be tempore Messiae per spiritum s. annunciationem, &  
illius efficacem apud illos, qui non sunt ἀνιπίπτοντες τῷ  
πνεύματι ἁγίῳ operationem. de quâ Apostolus tempora  
inquit τῆς ἀγνοίας ὑπερ ἰδὼν ὁ θεὸς, πάντων παραγ-  
γέλκει πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις πῆλαχθῆ μετενοεῖν Acto. 17. v. 30.  
Hoc igitur est, quod vult Propheta præcedere debere  
in illa ablutione, & sanctificatione רמי רמי spiri-  
tum iudicij & ordinationum Legis, daß nemlich der H.  
Geist

Geist aus dem Befehl die Welt ihrer angebohrnen vnd selbst begangnen Sünden mächtiglich überweisen / vnd also bey den jenigen / die dem Heiligen Geist nicht wiederstreben / Buß schaffen solte. Clarissimè idem explicat in N. T. Salvator Joh. 16 v. 8. ubi optimus commentarius horum verborū **וַשָּׁמַיִם בָּרַר**; ἰλθὼν ἐκεῖν ὁ ἐλέγξει τὸν κόσμον περὶ ἀμαρτίας, καὶ περὶ δικαιοσύνης καὶ περὶ κρίσεως &c. Vid. v. 9. & 10. Videantur e. hujus rei exempla in Novo Fœdere. Sic Matth. 3. cum Johannes publicum Baptismatis sacramentum in Iudæa aperiret, & ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ἰσραήλ primò omnium prædicaret, μετανεείτε, inquit, ἡγγηκε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν ἑβραίων &c. Ad quam vehementissimam Baptistæ prædicationem, quæ verè facta est **וַשָּׁמַיִם בָּרַר** Hierosolyma tota; Judæa dicitur ad illum in deserta egressa, illosq; primò quidem peccata sua seriò confessos esse, postea in Iordane ἐχομολογουμένους τὰς ἀμαρτίας αὐτῶν à Iohanne baptizatos Matth. 3. v. 2 & 6. qui ipse locus illustre satis est hujus prophetiæ complementum. & luculētum ipsius exemplum: omniumq; optimè explicat id quod propheta noster dicit in sanctificatione Ecclesiæ, præcedere debere **וַשָּׁמַיִם בָּרַר**: videantur præterea versus à 7. ad 12. & nihil ulterius hic desiderabitur.

§. 29. Secundò **וַשָּׁמַיִם בָּרַר** Spiritu succendendi, tollendi, velut per ignem, quo ipso notari dicimus illam, quæ contritionem & poenitentiam sequi debebat, gratuitam peccatorum remissionem, & illius per Sp. S. annunciationem: ita Spiritum judicij & poenitentiam excipere debebat in Iudæorum & Gentium ad Regnum Messie conversione, & Ecclesiæ Novi T. amplificatione *gratuita peccatorum per Christum remissio.* Utriusq; exemplum & complementum in N. T. sal-

C

tem

fem ponimus geminum. Petrus in vehementissima oratione ad numerosam Judæorum concionem, ipsum salutis suæ consilium poscentem μελανοσήσει inquit. Ecce hic מִשְׁפַּחַת דָּוִד addit: καὶ βασιδέησθε ἕκαστος ὑμῶν ἐπὶ τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ χριστοῦ εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν Ecce בער רוח Act. 2. 38. Salvator ipse εἶπεν, inquit παθεῖν τὸν χριστὸν, καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ καὶ κηρυχθῆναι ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ μελάνοιαν καὶ ἄφεσιν ἁμαρτιῶν εἰς πάντα τὰ ἔθνη ἀρχάμενον ἀπὸ ἱερουσαλήμ Luc. 24. v. 46. Illa ipsa paulò ante ex *Mose, Prophetis & Psalmis* prolixius demonstraverat v. 44: Cum expositione verà facilè conciliatur Chaldæus, qui illam ablutionem fore dicit במימרי דין ובמימרי גמירא item Græcus qui expressit ἐν πνεύματι κρίσεως καὶ πνεύματι καύσεως. רק in vocibus רוח & ירוח item צה & מימרי item in משפט & בער esse dicit עמם? Nos negamus.

§. 30. Illi ipsi autem Ecclesiæ, in quâ fiet illa gloriosa Messias exaltatio & sanctificatio, ipse Messias illustrem suam præsentiam præstabit, eaq; N. T. Ecclesiam gloriosius illustrabit, ut ita in illa non minus sit שכנה vel gloriosa præsentia Divina, quam olim in V. T. tabernaculo & templo primo: Idq; hoc ipsum est quod prædicitur v. 4. וְבָרָא יְהוָה עַל כָּל מְכוּן תָּרַץ וְעַל מִקְרָאֵיהֶם עָנָו יוֹמָם וְעֶשֶׂן וַיִּגַּח אֱשֶׁר לְחֶבֶה לַיְלָה כִּי כָּל כְּבוֹד חַפְּצָה: cujus versus genuina explicatio tota petenda est ex historia Veteris Testamenti, ratione tabernaculi & Templi primi. Scilicet olim in ambulatoriis Israelitarum castris, in Tabernaculo & post in Templo primo Deus vel ipse Iehova gloriosam suam præsentiam contestabatur, *diu* יוֹמָם (quæ vox dicit עַן notat illud tempus, quo Sol splendet super terram) *in columna nubis densa* (בעמור ענו ועשן) *noctu in columna ignis* (כנגה vel הבה

בעטור אטלהבא Dominus ipse precedebat illos tempore  
 diurno in columna nubis ad ducendum illos in via: Noctu au-  
 tem in columna ignis, ad illuminandum illos, ut ita ambula-  
 rent diu & noctu. Non recedere fecit columnam nubis illius  
 gloriosa sc. diu, & columnam ignis illius noctu ante faciem popu-  
 li illius, ait ipse Mosche Exod. 13. 21. & 22. Videatur eti-  
 am c. 14. 19. c. 16. 10. ubi gloria Domini manifestata esse dici-  
 tur in illa ipsa nube vel columna nubis. Hæc ipsa nubes illu-  
 stre divinæ præsentia in Ecclesia V. T. Symbolum, im-  
 plevise dicitur Tabernaculum à Mose erectum, adeo ut nec  
 ipse Mosche ad illud accedere potuerit. Nam illa ipsa nubes gloriosa  
 vel ipse Iehova in nube gloriosa habitavit super illo, & gloria Do-  
 mini implevit Tabernaculum: ascendente porrò illà nube, mo-  
 verunt se castra Israelitarum, illa autem non ascendente, nec il-  
 li etiam loco se moverunt, & castris excefferunt. Nam Nubes  
 Domini fuit diu super Tabernaculum, & ignis Domini noctu fu-  
 it in illo coram oculis omnium Israelitarum, in omnibus illorum  
 itineribus, uti prolixè historiam illam describit idem  
 Mosche Exod. c. ult. à v. 34. ad usq; finem, vid. etiam  
 Lev. 16. 2. Num. 9. 15. 16. 17. 18. 19. & c. 10. 34. Illa ipsa  
 gloriosa divina præsentia implevit sanctum sanctorum  
 Templi primi, cum in illud in troducta esset Arca Fœ-  
 deris Divini. Factum enim est in egrediendo Sacerdotes illos  
 ex Sancto, ut Nubes illa (illa sc. quæ olim in ambula-  
 toriis Israelitarum castris & Tabernaculo Divinam præ-  
 sentiam contestabatur) impleveret domum Domini, adeo ut  
 non potuerint Sacerdotes illi ministerio suo fungi præ fulgore  
 dense Nubis illius & gloria domini, qua implevit domum Domini  
 1. Reg. 8. 11. & 12.

§. 31. Illa Divina præsentia in Tabernaculo & Tem-  
 plo primo, antiquissimo & Chaldæis usitato vocabulo  
 vocatur שכנתא, denominationis fundamento sumpto

à radice  $\text{כש}$  quæ de illa ipsa gloriosa Domini in Eccle-  
 sia Veteris Testamenti habitatione sumitur in Bibli-  
 is, Exod. 40. 35.  $\text{כש עליו הענן}$  &c. Igitur hæc fuit  
 Schechina Tabernaculi vel templi primi, vel vete-  
 ris Ecclesiæ judaicæ, ad quam respicit hic versus, & ex  
 quâ expositionem desiderat: es wird der Herr wunder-  
 bahelicher weise herfür bringen vñ schaffē / über alle zubereite-  
 te Wohnung des Berges Zion / vnd ihre versammlung des  
 Tages eine dicke Wolcke / des Nachtes aber hellen Glanz vnd  
 Feuer flammen / i. e. Non minus gloriosa præsentia Di-  
 vina erit in Ecclesia Novi T. quam olim fuit in Ecclesia  
 Iudaica, imò illustrior erit Schechina Ecclesiæ N. T. V. ut-  
 robiq; quidē gloria Domini, vel ipse Dominus glorioso  
 præsentia signo: at ibi diu fuit in nube, noctu in igne: hic  
 est *Deus manifestatus in propria carne* vel  $\text{ὁ λόγος αὐτὸς γενόμε-  
 νος}$ , cuius  $\text{δοξα}$  verè fuit  $\text{ὡς μονογενὲς παρὰ πατρὸς}$ , atq; hæc  
 ipsa tam illustris Schechina est fundamentū excellentiæ  
 Ecclesiæ N. T. Proindè hic ipse versus in Ecclesiâ N. T.  
 & divinam præsentiam vel Schechinam, & eam illustri-  
 orem & excellentiorem Schechina Ecclesiæ Judaicæ  
 manifestè comprobât, quæ nulla alia esse potest, quam  
 $\text{τὸ λόγος ἐνοσσοκωθέν}$ .

§. 32. Ipsa enim Schechina N. T. erit  $\text{ענין יום}$  eaq; *super  
 omnem gloriam*. Gloria sc. Ecclesiæ V. T. dicebatur  
 & erat  $\text{ענין יום וישן ונגה אש להבה לילה}$  vel illa ipsa  
 divina præsentia, vel nubes illa gloriosa, quæ replevisse  
 dicitur Tabernaculum à Mose erectum vid. loc. sup. al-  
 leg. & in specie Exod. 40. v. 34. & 35. 1. Reg. 8. v. 10. 11.  
 Atq; hæc Schechina gloriosior erit illâ ipsa Schechinâ  
 V. T. & proindè nulla alia, quam ipsius Messia vel U-  
 nigeniti Dei Filii incarnati præsentia. Sicut autem  
 Schechina V. T. signum erat divinæ gratiæ, ductio-  
 nis & protectionis: ita etiam Schechina N. T. quæ cau-  
 sa,

fa est, quod in hoc loco vocetur חפה. Quæ vox ter re-  
 peritur in Bibliis. Radix est הפה tegere, obtegere, quæ  
 ipsa semel tantum reperitur in Bibliis Deut. 33. 12. in be-  
 nedictione Benjamin, hinc substantivum חפה illustre  
 protectoriū vel singularem protectionem notans in hoc  
 Es. loco, hinc ulterius Thalamū notat nuptialem, à vela-  
 mine illo nuptiali, quod in consecratione tegebatsponsū  
 & spons. gestatā quatuor perticis à quatuor ludæis, cujus  
 significationis ratio est manifesta Pl. 19. 6. Ioel. 2. 16. tri-  
 ta etiam Hebræis ut in illo חופה בני י"ח שנים i. e. Fili-  
 us octodecim annorum ad conjugium. Ut ita Schechi-  
 na N. T. Ecclesiæ חפה h. in l. dicatur: כי המשיח חפה עליה: כל היו  
 כי המשיח חפה עליה: כו. quia ipse Messias, illa ipsa præsentia, quam  
 Ecclesiæ promittit *εως της συντελειας του κοσμου* illam po-  
 tentissimè proteget & defendet, adeò ut portæ infero-  
 rum non possint ipsi prævalere. Quin illa ipsa חפה  
 faciet, ut Ecclesia N. T. sit סכה (sicut à חפה est חפה,  
 sic à סכה est סכה opertorium notans vel tabernaculum)  
 eaq; sit זמם כחרב ולמחסה ולכסתוד מורם וכמשר y. ult.  
 y. ult. ad quam velut ad umbram, refugium, & latibulum,  
 ab iræ divinæ & peccatorum æstu, malorumq; im-  
 bribus & inundationibus confugere, & ubi securis licet  
 esse piis.

§. 33. Expositionem ר"ק in versum quartum, partim  
 probamus, partim improbamus. Rectè facit, i. quod ex  
 Schechina V. T. versum illum explicat. malè quod non  
 ad Ecclesiam N. T. sed ad Synagogas suas judaicas, post  
 captivitatem Babylonicam in Palæstina redinstauratas  
 tam illustri Schechinæ prophetiam applicat. Verba e-  
 jus sunt מתחילה היה עני הכבוד חונה במשכן ובבית המקדש  
 אבל בשוב הגלות יראה העני על כתי חכמים והגדולים  
 החסידים והזושרא על כל מכוון חרצון כלומר על כל נבון ונא  
 חסידים והזושרא על כל מכוון חרצון כלומר על כל נבון ונא



כנוי הא במקראה לציון. Rectè dicit 2. בכבוד יושביו  
Rectè 3. quod illud ועשו conjungendum fit cum ענו & re-  
spiciat שכינת יומם item quod נגה fit separatum ab  
שכינת לילה: quod accurate describat: licet utrūq; describat: quod accurate  
præterea docet accentuatio Mahpach cum pefick,  
Pafchta, Sakephkaton, & Tebhir, |cujus sed & totius  
accentuationis in hoc capite infallibilitatem, immuta-  
tem, & cum structurâ analogiam defendendam suscipi-  
mus. Rectè 4. quod עשן describat per העב 5. quod  
vocem חפה explicet de Schechinâ, item *Gloria Domini*  
חפה כיכבוד יי חפה Rectè item 6. commentatur ad vers.  
יאותה החפה תחיה להם לצליומם מהרב שלא וכס: ultimum  
ואותה החפה תחיה להם לצליומם מהרב שלא וכס: *Probamus etiam hæc Rab-  
bini Iarchii: האמור להם תהי החפה שאחפה שכינת עליהם: וי/ חופות יש כען ענו ועשן נגה אש להבה חופה שכינת  
להגיו/ ברשעים וליהט אוחם מלהט יום הכא שנאמר  
היום הבא שהכה מוציא מנרתקה חמה ומקד/ עליהם וגו/*

§. 34. Paraphrasin Chald. quam Targum dicimus, per omnia probamus  
דיכרי יי על כל מקדש טורא דציון ועל אתר בית שכינתיה ענו  
יקר יהי מטיל עלוהי כוימא ואכמתא וזהור כאשא שלהובי  
בלוליא ארוי ותיירמן יקרא דאמיר לאיתאה עלוהי שכנתא תתי  
ex quibus maxime placet *ⲱⲉⲓⲢⲉⲣⲁⲟⲩⲥ*  
Locum domus  
Schechinæ vel illustris præsentia Domini item expl.  
de excellentiori gloria & Schechinâ Ecclesiæ  
N. T. quæ nulla alia esse potest, quam, sicut diximus,  
Dei in carnati in illâ manifestatio, & præsentia: Sic vo-  
cem חפה expresse reddit per שכינתא Sed quatenus il-  
la simul est מגנא protegens Ecclesiam &c. omnia rectè.

§. 35. Supra quænam fuerit *Schechina* Ecclesiæ V. T.  
diximus: nunc id saltem addimus, dici illam in scriptu-  
ra Ebraicâ הענן s. nubem illam gloriosam &c. vel ut ali-  
bi נובם הגלוי ענו הכבוד Nubem gloriæ; item כבוד יי  
gloriam Domini: sed & ipsum Dominum in nubegloriosa v. l. sup-  
al-

alleg. Agnovit id Rabbinorum eximius Don Iikchak  
 Ab-rabneel in comm. prophet. Chagg. ubi de funda-  
 mento magnificentiæ domus 2. præ primâ disputan-  
 tes introducit socios Rabbinos. Expressè enim dicit  
 Dominus: implebo domum hanc gloriâ: item: *Major  
 eris gloria domus posterioris* (eben dieses andern vnd lez-  
 ten Hauses) *quam prioris*: quæ ratio vel causa sit illius  
 excellentiæ ipse docet Spiritus Sanctus: po-  
 nitur autem gemina potentissima omnium illarum  
 gentium commotio. 2. Messiæ, Gentium desiderii in  
 illâ manifestatio: quæ quando fiebat, tunc verè com-  
 plementum accipiebat, id quod dicitur: & implebo do-  
 mum hanc gloria: item *Major eris* Kimchi autem:  
 נחלקו רז"ל בזו"א בשנים נ"א בבנין וזו היה כי בית הראשון  
 עמד תי שנה וביה שני חכ שנה וכן היה גדול בבנין כשכתוב  
 At Rabbinus ille חר בבנין חר בשנים ר"ג Sie ברזל וג'  
 הפירושה הוקשה לסובלו מפאתה ספקות שהעירורתו  
 עליו ואך אפשר שהבית שבנה זרבי במדת שנתנה לו מלך  
 פ"ס היה יותר הנכבד מן הלית שבנה שלמה

§. 36. Respondet igitur: domum secundam dici majorem domo  
 primâ non ædificii: non durationis: non externæ pulchritudinis: sed  
 Gloria respectu (non enim dici גדול יהיה הכנין *vel עושר גדול יהיה עושר*  
 &c. sed: (גדול יהיה כבוד) proinde errasse dicit Rabbinos antecessores.  
 qui Talmud secuti exposuerint illud de Templi secundi vel ma-  
 gnitudine molis: vel pulchritudine, vel duratione. Vocem enim כבוד  
 item phrasin illam: *Implebo domum hanc gloriâ: & major eris gloria &c.*  
 in illo Chaggæi loco esse explicandam ex analogiâ Schechinæ taber-  
 naculi & Templi primi, de Schechinâ Templi futuri, adeoq; de gloriosa  
 Messiæ in illo præsentia.

§. 37. Scilicet in Tabernaculo & Templo primo gloria Domini fuit  
 ipse Dominus in nube gloriosa, quæ replevisse dicitur Tabernaculum in  
 deserto erectum, & s. Sanctorum, & de illo dicit scriptura Exod. 40.  
 1. Reg. 8. Et implevit gloria Domini Tabernaculum, vel Templum. Ibi igi-  
 tur שכונה illa fuit gloria s. ipsius Dei Filii in nube gloriosa præsentia.  
 Hic similiter dicitur: & implebo domum hanc gloria. Quanam verò glo-  
 riâ? num forte nube illâ gloriosâ, illustri divinæ præsentia signo? Mini-  
 mus; sed illustriori: nam גדול והה כבוד Major eris gloria domus post-  
 rioris

riori &c. ait Propheta: quod nullum aliud esse potest, quam quod  
 ὁ λόγος περιεβλήθη καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. Quod igitur ibi erat nu-  
 bes glorioſa: hoc in templo secundo fuit ipſius Meſſiæ πῦν θεοῦ ἐν περιεβλήθη  
 Φανερωθέντος in illo præſentia: quæ etiam fecit, ut *major eſſet gloria  
 domus poſterioris: quam prioris.*

§. 38. Αὐτῆς hæc cauſa eſt, quod in paraphraſi Chaldaicâ antiquiſſimâ  
 onathanis, frequentiſſimè Meſſiæ tribuatur nomē ΝΗΝΙΩ. Dicitur au-  
 tem ita Filius Dei ἱ. תיהל מל כל בן שש ὅτι ἐν αὐτῷ κατοικεῖ πᾶν  
 ὁ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς, quæ etiam cauſa eſt, quod SS.  
 corpus Templum vocat ipſe Servator Ioh. 2. λύσατε τὸν ναὸν τούτων & c.  
 ἔλεγε δὲ περὶ τοῦ ναοῦ τοῦ σώματος αὐτοῦ, reſpiciens omninò ad illu-  
 ſtrem Iehovæ in Templo V. T. præſentiam, & Schechinam illam nubis  
 glorioſæ. 2. בניו ניהל מל כל בן שש ὅτι ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν ὁ λόγος περιεβλήθη  
 νόμει, uti id explicat Iohannes illuſtri voce σκηνώ cuius eiy mon-  
 parum ab eſt ab illo בן שש, reſpiciens Schechinam V. Teſtamenti, & ſi-  
 mul occultè illi præponens Schechinam Teſt. N. quo eodem ſenſu tam  
 verbum σκηνώ & σκηνή uſurpat Apocal. 21. v. 3. ἤκουσα φωνῆς με-  
 γάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λεγούσης, ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώ-  
 πων, καὶ σκηνώσει μετ' αὐτῶν καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτῆς ἔσονται καὶ αὐ-  
 τὸς ὁ θεὸς ἔσται μετ' αὐτῶν. 3. quia præſens eſt in Eccleſiâ & per fidem  
 habitat in cordibus credentium, vel διὰ τὸ κατοικῆσαι αὐτὸν διὰ τῆς  
 πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν Eph. 3. 17 quæ cauſa eſt quod piorum cor-  
 pora templa ſint & dicantur πῦν ἀγίου πνεύματος ſcilicet  
 propter illam, quæ olim in Iudæorum templo obtinebat, illuſtrem  
 Schechinam & divinam præſentiam, quæ non minus illuſtris eſt in  
 cordibus credentium juxta illud ſalvatoris Ioh. 14. 23. εἴάν τις ἀγα-  
 πᾶ με, τὸν λόγον μου τηρήσει καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα καὶ  
 μονὴν παρ' αὐτοῦ ποιήσομεν quem vim vocis ΝΗΝΙΩ quæ in Chaldaeorū  
 paraphraſibus Iohannem voce σκηνώ & σκηνή &c. attendiſſe ſtatuímus:  
 Sic illud מל כל בן שש vel בן שש מל כל בן שש reddit nomen τῷ λόγῳ Sic  
 בן שש מל כל בן שש Chaldaus Dei Filium vocat: Lucas δύναμιν ὑψίστου  
 Paulus δύναμιν θεοῦ. Sic בן שש מל כל בן שש in locis innumeris tribuitur Meſ-  
 ſiæ cui in N. T. reſpondet χρις τοῦ κυρίου: quâ obſer-  
 vatione Exercitationem hanc ſacram  
 concludimus.

☩





alleg. Agnovit id Rabbinorum eximius  
Ab-rabneel in comm. prophet. Chagg. u  
mento magnificentiæ domus 2. præ pri  
tes introducit socios Rabbinos. Express  
Dominus: implebo domum hanc gloriã:  
erit gloria domus posterioris (eben dieses an  
ten Hauses) quam prioris: quæ ratio vel  
excellentiæ ipse docet Spiritus Sa  
nitur autem gemina potentissima omni  
gentium commotio. 2. Messia, Gentium  
illâ manifestatio: quæ quando fiebat, tu  
plementum accipiebat, id quod dicitur: &  
mum hanc gloria: item Major eris Ki

א בשנים י"א בבנין וזו והיה כי בית הראשון  
בית שני חכ שנה וכן היה גדול בבנין כשכתוב  
At R ארבעה עשר בבנין חר בשנים י"א כ"ד וזו  
ה לטוב לו מפאת הספקות שהעירותי  
ע"ה שהבית שבנה זרבי במדת שנתנה לו מלך  
פ"ס היה יותר הנכבד מן הבית שבנה שלמה

§. 36. Respondet igitur: domum secundam dici  
primã non ædificii: non durationis: non externa pul  
Gloria respectu (non enim dici יהנה הבנין גדול sel  
&c. sed: גדול יהיה כבוד) proinde errasse dicit Rab  
res. qui Talmud secuti exposuerint illud de Templi  
gnitudine molis: vel pulchritudine, vel duratione. Vo  
item phrasin illam: *Implebo domum hanc gloriã: & ma*  
ia illo Chaggæi loco esse explicandam ex analogiã Se  
naculi & Templi primi, de Schehinã Templi futuri, ad  
Messia in illo præsentia.

§. 37. Scilicet in Tabernaculo & Templo primo g  
ipse Dominus in nube gloriosa, quæ replevisse dicitur I  
deserto erectum: & s. Sanctorum, & de illo dicit scr  
1. Reg. 8 *Et implevit gloria Domini Tabernaculum, vel T*  
tur שכונה illa fuit gloria s. ipsius Dei Filii in nube glo  
Hic similiter dicitur: *Implebo domum hanc gloria* Qu  
riã? num forte nube illâ gloriosã, illustri divinæ præsen  
tiam; sed illustriori: nam גדול יהיה כבוד Major erit glo

